

Ἐπιχάρατα

Solennibus nuptijs
Illustrissimi ac optimi Principis
ac Domini,

Dom. PHILIPPI II.

Ducis Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum &
 Vandalorum: Principis Rugiæ, Comitis Gutz-
 coviæ, Domini Provinciarum Levenbur-
 gensis & Butoviensis &c.

S P O N S I :

et

Illustrissimæ ac Celsissimæ Principis

S O P H I Æ,

Filia *Illustrissimi & Celsissimi Princi-*
pis JOHANNIS, Hereditis Norvegiae, Ducis
Schlesvici, Holsatiæ, Stormariæ, Dithmaricæ,
Comitus in Oldenburgk & Delmen-
horft &c:

S P O N S Æ,

humilimæ subjectionis & honoris ergo

Exhibita

à Professoribus & Collegis in Pædagogio Ducali.

VII. Id. Martij Anno Dom. 1607.

STE TINI Typis Rhetianis, Anno
 DVrabIt PoMerania Constans.



CHRISTO ET REI- PVBLICÆ.



Nte quidem (CHRISTO ET PA-
TRIÆ) pro Symbolo habebas,
Vivere nunc etiam SOPHIÆ, pro
Symbolo habendum est.

Quid? nonne & Sophiæ vixti ha-
ctenus? ô Decus almi

Pieridum cætus! tibi sunt penetralia, PRINCEPS,
Intimi & abscessus Sophiæ explorata, Magorum
Chaldæum genuit quam indago; quamq; Minerva
Excoluit Grajum; quam deinceps magna Senatus
Romani excepit majestas, inq; Alemannos
Hæredes largo cum fœnore derivavit.
Barbaries dedit unde fugam, & lux redditâ terræ
Teutonicæ tanta est, quæ scit superare, vel æquo
Conflictu certare Sophis Grajsq; Latinisq;.

Hanc Sophiam hanc veneratus es, hanc Dux in-
clude amasti:

Hunc ignem mirata in te est Germania nostra,
Suspicit imperium Romanum atq; Itala tellus,
Et quotquot limen Germanum Regna salutant.

Hac Sophia extollis Reges caput inter, & inter
Herōasq; Ducesq;, inter Procerumq; proceros,
Quantum lenta solent inter viburna Cupressi,
Quantum Rex Gryphus reliquas virtute volucres,

A 2 Quan-

Quantum mente feras superat regina leæna.

Obenè! Chaldæam Sophiam, Grajamq; La-
tinamque,

Hactenus arsisti: Sed nunc SOPHIA altera amanda
Cymbria quam genuit Regali è sanguine, donis (est,
Ingenij claram, Pietatis laude, pudoris
Lumine splendētem, quæ quod prænomine spondet
Omine habet, Virgo sapiens. Res carmine digna,
Principem amat SAPIENS SAPIENTEM

Sponsa PHILIPPVM,

Virginem amas SAPIENS SAPIENTEM
Sponsæ PHILIPPE:

Sic est Philosophus Sapientiæ honore PHILIPPVS,
Sic est Philosophus Sponsus Sapientiæ amore.

Hoc dixisse sat est. pro me meus ille loquatur
Cætera Gryphiades, quem comica nostra figurat
Scena, Dijq; Deæq; simul quæ munera portant,
Et quæ vota vovent, hæc sunt mea dona precesq;.

Et sint dona precesq; ratæ, o D E V S optime
& alme,!

Serto in Apollineo flore; collude Thaliæ
Libris; Euphrosynes gaude Testudine, & inter
Pone tuis curis nonnunquam gaudia, libet
Pocta tibi Bacchus moderata, meroq; Minervam,
Lætificet; prædis ditet stabula alta fetarum;
Diana; Oceanum Neptunus; ovile salax Pan;
Chloris agros repleat coruu prædivite; vince
Hostes Gorgonio capite; atq; Caduceus omnes

Discer-

Discernat lites ; igni Venus ignea flagret.
Perpetuo ; roremq; olei puer ille Cupido
Suffundat : sic ambo critis, sitisque beati.

Daniel Cramerus D.

 Elix Platonie &c Republica, si Σοφίαν Rex
Excolat, aut Regnet septiuga arte Σοφός.
Idq; Minervia probans, Salve o POME-
RANIA, clamat,
Præsidet ingenuā cui φιλόmente φρέσ-
Cui dominatur AMANS Σοφίας, Meus
ille PHILIPPVS,
Inlytus almarum Dux & alumnus opum.

Verūm succensens illi DEa Cypria, nunquid
Ille tuus tantum? nonne, ait, & meus &c?
Quin ego prælustrem SOPHIAM desponeo Sponsam
Illustri huic factis, sanguine, amore, Viro.
Et PHILO sic SOPHVS &c, SOPHIAM quia ducit amas
Atq; amat electam corde calente Σοφήν, (tam
Salve igitur multum, tellus POMERANICA, Salve
Et gaudet, mo Duce, STEMMA DVCVM.

Illased, aequivoce, demirans, vera loquentem,
Compescit tacito murmure litigium.

Cessa, ait ; haud etenim in video : SOPHIA utraq; bella &c;
Sit Meus atq; Tuus, sit PHILO utriq; SOPHVS. Sic

Sic ait, & pacis pangunt sibi mutua labris
Oscula. Mox canit hoc leta Minerva melos:

Vive φίλος Σοφίας, νίνης φίλε φίλεται, νίνη
Tum SOPHIAE Nostræ, tumq; Tuæ, atq; DEI,
Vive TVIS hac in ditione domiq; forisq;
Vive diu, salvus corpore, mente σοφός.
Pacis amans, jurisq; FORO; Pius inq; CHORO Rex:
Fæcundus suavi & prole nitente THORO.
Æquè ut equo exiliere ex Iliaco benè multus
Miles: sic siboles multa tuo è thalamo,
Exiliant, precor, inde DUCES, REGESQ; SOPHIQ;,
Extremum vigeant posteri ad usq; diem.

Hec mea non in vita Minerva, licet rudit, opeat,
Et rogat aeternum supplice voce DEVUM.
Nec dubitat quicquam, TIBI, MI ILLVSTRISSIME
PRINCEPS,
Quin tribuat muleo hac fænore Sancta TRIAS.
Namq; tua in tota vox aurea personat aula:
Exeat ex aula, qui volet esse MALVS.
Verberat & contrà, Vox verè Principis, aures:
Hanc aulam introéat, qui volet esse PIUS,
Ad quævis etenim PIETAS conductit; & hujus
Promissa, & diæ præmia lucis habet.

M. Joachimus Prætorius, Coadjutor
& Professor in Ecclesia collegiata &
Pædagogio illustri Stetinensi.

SO MNI-

SOMNIVM ASTRO- LOGICVM.



Ox erat, & pulcra pictis in imagine stellis
tota colorati splendebat regia cœli;
lataq; Tartareo circundata numine tellus
in requiem conversa; sopor cum fessa teneret
altior assuero prostratum membra cubili,
& ferri cœlum mihi per sublime viderer
ui rapida, solitoq; (meum nam crebrius ante
uisa hæc tentarant animum) velocior, ac si
aut levis umbra forem, aut volucris perniciose Euro
Iamq; adeo ingressus præcelsum numinis aulam
Leucadij, atq; oculis lustrans vestigia longæ
certa viæ, medio nutantem pondere terram
spectabam tractusq; maris cœlumq; profundum;
cum subita capitis certans vertigine corpus
jam ruiturum agitat gyros; & Diva cadentem
Uranie amplectens manibus sic farier infit.

Pone metum fili, jubeo, mea te sustentat
dextera lapsurum: non hinc delabitur, æthra
qui didicit superas doctus penetrare per ædes
Dædaleis alis nixus confusus & ausis.
Aspice te circum labentia fidera motu
& quæ legitimus varijs ciet orbibus error,
& quæ fixa miçant immenso lumina cœlo.
qui tibi per numeros vix conjectatur, in æthra
cernitur hic coram positus; tu signa future
hinc (non uana) carent effectis, prospice sortis.

Sic ait: advertens at in omnes lumina partes
cœlorum, æthereasq; plagas sic contra ego: Diva

Vranie

Vranie mihi jam multos adamata per annos,
præsidiumq; meum studiorum ac unica cura,
omne perijt pondus te sustentante : placebit
stellarum medias inter volitare cohortes,
& contemplari certo ordine euntia fata:
Tu mihi tu menti atq; oculis modo suffice vires,
Lucent en medio cæli de culmine Pisces :
Regia prima tenet curvantem brachia crancrum,
quem comes assuetis gaudens Mars feruidus armis
opprimit, audaciq; minas heu fulminat ore.
Hunc sequitur Portæ reditus Phæbus ab undis
Infernæ subiens Nemeæi terga Leonis :
dum tenet adversus loca trifitia Aquarius aulæ
octavæ : ô nimia pressum formidine Solem ;
Aspicit hunc ima vultu de sede feroci
Martis & invitius sub castro Falciger errat
Marticolæ prope dorsa Nepes & dira minatur :
Robora jungit avo quoq; Mars, læditq; valentes
integra quos penes est vitaq; necisq; potestas.

Excipit Vranie ; jam præteriere pericla,
infortunato quæ sub sene pressa timebat,
ustaq; Phœbeo Phæbe peregrina calore.
Nonne Jovem è supera cernis regione Dianaæ
fratriq; afflictis speratam afferre salutem ?
& qui ponè minas Horoscopon evomit, illinc
veloci Martem sævum discedere gressu ?
Huc adverte aciem, Atlantis qua Luna nepoti
assidet in Solis solio, Jove læta favente :
Cæli erat hæc facies, cum luminis iret in auras
Durerus nostri piætorum gloria secli :
Qui quāam pingendi artifices tot in arte tulerunt
Innumeri, laudem solus meruisse putatur.

Copula

Copula Atlantiadæ fuit hæc quoq; fausta Djana, nascentes traherent cum prima exordia vite & quem Regius æterno Mons maestat honore, & Reinholdus uterq; mei clarissima lampas nominis, & magnus magna Germanidos Atlas. Felices nimium felici hoc sidere natos: Vivit in his cultæ nitor & facundia lingua, non vigor ingenj ad ingenuas hos impetus artes. Deficit: his Clarius douat sua carmina Phoebus Calliopeq; lyram: Dux ipsa per æthera, pontum monstro vias, caput & doceo exeruisse per artes. Hinc etiam venere Duci, cui propria fulger hac cœli effigies, virtutibus ornamenta debita, & ingenij, præstantia munera, dotes; Hinc solers potis est rerum recludere sensus abstrusos: quiequid (memorem ne singula) celsa Ægyptum docuit Babylon, Ægyptus Athenas: quid manes, genij, quid agant post corpora mentes, quid rerum formæ variæ, viresq; latentes, materiae fluxus, quæ fata regentia mundum certarum unde ratus causarum pendeat ordo: quæ regum heroumq; cluant bène gesta per orbem, quive status regnis quæ leges, multa legendō multa peregrinas tenet expatiando per oras.

Fixit in hoc positiu Cyllenius heroinam Heros, quam comes exornat Cytherea venustis moribus, ægra quidem Saturni saucia falce in sterili signo (tædis mora tardior inde est) sed Jovis è vultu portans radiante medelam. Ergo datur virtute potens, splendore celebris sanguinis & generis, generosi dotibus amplis
S P O N S A nitescens ingenij, cui Dijq; Deæq;

B

largo

largo divitias omnes tribuere favore:
cætus Virginei quæ sic exornat honores,
candida ceu croceas commendant lilia calthas
Narcissusq; rosas fulgens collustrat amomum.

Hæc D E A : plura locuturam sed ego interrello:
dic mihi, diva, prius, positus quem respicit iste
cælorum, cæptam pergas quam texere telam?

Illa mihi posito, dixit, sic æthere natus
Quem Mæcenatem magnum tibi cernis, avitis
Iaudibus & proprijs præstans, fortissimus heros:
cujus in augusto conclusum est pectore, qui quid
divitiarum & opum jæctavit Pindus & Hæmus:
Princeps, Thespia dum pia cura decusq; PHILIPVS
fædere cui SORPHIA thalami lux crastina junget;
Cimbrorum illustri veterum de stemmate natam:
plura vetat vellens aures mihi Phæbus ab axe.

Avolat hæc fata: & mihi respondere paranti
venit in ossa tremor, redit & mox pondas in artus:
atq; gravi videor mihi labier æthere lapsu,
vix promo pavido paucashas pectore voces:
Sit faelix SORPHIA thalamusq; torusq; RUPERTO
fœcundus, concors, dives: IOVANUS beatus
numine Nestoreas vigeat duretq; per annos.

M. Christophori Hunichij
Rectoris.

Chorus Musarum

ILLVSTRISSIMIS Nuptiis
SUBMISSO ANIMO GRA-
TULANTIAM.



Πάπιονεις μὲν εὺς τεσφός τε ΦΙΛΙΠΠΟΣ
Σηδίνης λιπαρῆς καὶ Πομερανίαδων,
Κουρδίνης ΣΩΦΙΗΝ ἐσέσταν ἀποίην ἔγημεν
Οτραλέως θάμβῳ Φοῖβον ἴδοντελέ.
Βῆ δὲ μεναι, μάστις τὸν αγροῦνδε καλέσατο σύγνας,
Τῆς τε παρεκμενης φθεγχατο τοῖον ἔπος.

Μῦσαι παρέιθεν ἀοιδῆς μλείσθαι
ΔΕῦτε, μέλος τε γάμης μελποτε καλῆστι.

Αρχεῖ ἀμοιβαίνεις μῦσαι φίλαι, αρχεῖ ἀοιδῆς
Μυρφίω, υψηλῷ ἡρεμοῦ, νεώ.

Ος πέρι αρχόντων τε φίλων ἄλλων, ἀφίλων τε
Ευεπή, σφίη, τῆς τούτης ἀρεῖστος καλῆστι,
Εὖ ποδίκας εἶδως νῦ, πάληρος ὡς ἡπτός, αἰὲν
λαῖδη κυδελιμωΐφι ἀνάστει εἴδη.

Ωσ φάτο ληστῆς. Μυσάων αὐταρ ἀνέση
‘Η πρώτη κλείσι, ἥρχε μέλεις τε καλῶς,
Εξείστο θέλασι κανή εστοντο αἵ ἄλλαι,
Ηδε ἀγαλλόμεναι ἥδυ στειρμα φέσον.

ΚΛΕΙΩ.

Σεμνὸς ἔρως ἀγάπη τε περικλυτῆστορα δοιά
Δησπότω, η θυητᾶς ἀνδάνει, ηδε θεῶ.
Οὐδέν τη ἀλόχω γλυκερώτερον, οὔτε γά συδρί.
Η ἀγάπη σύιη, πότνι θηδε ἔρως.

ΕΥΤΕΡΗ.

Κλαῖσθ ὁμοΦεσσών θαλάμῳ ἐν θαλλέω ἑθλῇ,

Ἡ συρρήνῳ ὥθειη καρόχαρτον Ερλν.

Δώματα ἡ μάνη, χώραις, πάνῃ τε πόλης

Σώζει ἔυδηπίτσο, θύνεις ἡδὲ ὄλα.

ΘΑΛΕΙΑ.

Νυμφί θήρηρ, νύμφη τε καὶ, ἐδθάνειση,

Τὴν οἱ ἔκην παλέσσε λέξαρ ἀκοῖνον ἔθεν,

Συλυγή εὖν ζῆτων ὁμοΦεάδμονον ιρῆ,

Νόσφιν ἀλερθε πόνον, νόσφιν ἀλερθε γόνον.

ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ.

Εἴθ ὡσ ὄψιγόντος πολλὸν ἐιδοῖαπο ἑθλὸν,

Πατέρι ποι ἵκελοι, μητρὶ τ' ἔασι φίλη.

Ωσ πάρεσ ἐνσεβίην ἀρχής περιερέσ τε ΦΙΛΙΠΠΟΣ

Αυλῇ εἰν κλεῖτῇ πάπος θεοῦ ἰδεσκεν εἶ.

ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ.

Ἄρσενες εἰν αὐλῇ παῖζόντων παῖδες ἀγανοί.

Ωσ σόλοι ἀρχαὶς σέμματοι θωσ κλυτοί.

Ωσ τε καὶ ηγεμόνος θεοΦεάδμονος, ήττα ἐλαίησ

Φύλα σέψων πυκνὰ, πεάπεζαν ὄμως.

ΕΡΑΤΩ.

Ορχαμε καῖρε λίνη κύδισε φέρεισε ΦΙΛΙΠΠΕ.

Χαῖρε κλυτῇ νύμφῃ, χαῖρε ἔρωτι νέῳ.

Τὸν

Τὸν ἥν ὅπλον τείνετηράνδρων τε θεῶν τε.
Δεξιῇ δὲ μώνται πάνται κυβερνᾷ ἐπι.

ΠΟΛΥΜΝΙΑ.

Ιαχὸν ἀνθεμόεν δένδρον τε καὶ ἔρχα μακρὰν,
Τῷ μέν ὑπαὶ λαοὶ ναετάζοτεοι.
Σεῦ, Αρχὲ, Λύστας ηδὲ ἐπὶ χθονὶ δερκωμένοιο,
Πανσεταὶ πολέμοι, πανσεταὶ οὐλεσ Αρης.

ΟΥΡΑΝΙΑ.

Πατέρες ἄργεια μέλει σοφῷ ἡγεμονῆι ΦΙΛΙΠΠΩ,
Καίνα γε μάρτυρα συμβολον ἔσαι ἐμοί.
Αρχηγῷ γέσατο ΧΡΙΣΤΩ, καὶ πατέροι ἄνη
Ηγεμόνται φωνὴ ἀξίη ἡγε μέλει.

ΚΑΛΛΙΟΠΗ.

Ερρῶθαι πομεσανίδων κρατερῶστε τῆρας.
Οσ φίλος εστὶ θεῶν, τῇ ΣΩΦΙᾳ τε φίλος.
Ερρῶθαι, δῶσον τε δέκευ σὺ ἐν φερον θυμῷ
Ο, οὐδὲ διόσ φέρομεν νῶ μετάλευτο κόρας.

M. Petrus Cölemannus Pedago-
gij Illustris Corrector.



ALI-

A L I V D.



Và patet, & longe se porrigit, æ quoris
undæ
Dum cohibent, tellus D V X P O-
M E R A N E, tua,;
Conjugij votis sua jungere vota pre-
cantum

Fama est, & merito jure & amore T v o s.

Nuper enim miseris subito collapsa fragore,
Terruit Illustris multa columna Domüs.

Quam nova nunc iterum postquam connubia
firmant,

Spemq; novam Imperio fulcraq; sufficiunt.
Hæc bona lætitiae, votorum hæc grata piorum,
Materies, sermo hic serius & lepidus.

P R I N C I P I S est, ut amare S v o s, virtute mereri
Nil magis ut studeant P R I N C I P E amare S v i.
Sic ubi vere novo, quem frigora frondis honorem.
Truncârant, Phæbus reddidit arboreum:
Iam folijs, jam quæq; suo se vestiit arbos
Flore, ultra Oceanum pulsa recessit hyems:
Garrit avis, regnisq; redux lascivit avitis,
Et natos charum credere gaudet onus.

Nunc prece sollicitâ vocemq; atq; astra fatigant.
Dent sibi perpetuum hoc Numinæ magna bo-
P R I N C I P E sub tali sit ut annos condere seros: (num.
Detur & à simili sceptra nepote geri,

Dum

Dum mare Balthiacum P O M E R A N I A littora pulsat,
Dum dives gaudes Odera pisce tuo.
Hæc auditurum videoas orare colonos
Spemq; simul segetis sollicitare D E V M .
Hæc quoq; mercator poscit , ventosq; secundos ,
Littore dum patrio est solvere cura ratem .
Hæc alij bona turba . Tamen discrimine multo
Acrius hæc instant castra ô Apollo tua .
Hospitium benè molle docet , prædulcia Musis
Ocia , amor , studium , gratia , cultus , honos .
Ergo hæc Illustris benè grati seria faustis
Concipiunt votis omina conjugij :
Nascantur similes longo ordine mille P H I L I P P I ,
P E G A S I I Q V E pares numina fontis A M E N T .

Sit pietas sit grata ea , MAGNE P H I L I P P E , tuorum :
Nostra faventis item murmura pauca animi .
Sic quæ suadet amor tibi poscere cunq; T V O R V M ,
Conjugio eveniant omina fausta pio .

M. Antonius Burchardus Lubec, SubR.



Dum misericordia tua in nos permaneat
Dum ducas nos in nobis O deus misericordia
Hoc secundum tuum iudicium nos colligimus
Sicut est in teum iudicium nos colligimus deum
Hoc dabo eum ut sit nobis iudicium et iustitiam
Pecatibus quoniam peccato ne loquar contra te
Hoc est postmodum iudicium tuum iudicium iustitiae
Acutus misericordia tua est ergo aperte illa
Hoc quod peccatum est in nos deus misericordia
Ora sicut sicut iudicium tuum contra nos
Ego sicut iudiciorum sicut iudiciorum
Ceteri sicut iudiciorum sicut iudiciorum
Natus sum iudiciorum sicut iudiciorum
Per gradus iudiciorum sicut iudiciorum
Si quis iudiciorum sicut iudiciorum
Prophetarum iudiciorum sicut iudiciorum
Si quis iudiciorum sicut iudiciorum
Iacobus iudiciorum sicut iudiciorum

Malum iudiciorum sicut iudiciorum

